



Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

7. Lex zelotypiæ apud Iudæos qualis fuerit?

urn:nbn:de:hbz:466:1-45686

S. Augustin. contrarium est, vel repugnat. Amor quippe *quidam metus*
lib. 83. qq. q. in amatum, vt S. Augustinus loquitur. Quare, quisquis impen-
35. & 36. se aliquid amat, aut concupiscit, contra omnia ea, quae conse-
cutioni, aut quiete fruitioni eius, quod amat, repugnant, so-

S. Thom. 1. 2. let commoueri. Hinc coniuges zelo exardescunt, ne per aliorum
q. 28. a. 4. in c. consortium impeditur singularitas, quam in uxore quarunt, aut
in viro. Haud absurdè igitur de Stoicorum sententia, Cicero
Zelotypiam, in genere, finit, *agritudinem ex hoc, quod alter quo-*
que potiatur eō quod quis concipiuit, amore scilicet concupis-.
cia; ex quo etiam zelus inuidiae pullulat, in illis, qui, quia ex-
cellere immoderatè appetunt, concitantur in eos, qui dum ex-
cellere videntur, eorum quoque videntur excellentiæ obstat.
Sed longè saius est zelus ille, qui coniuges vrit: facilius enim
quis eiusdem secum honoris, quam eiusdem tori confortem-
patitur. Duos Consules una vrbis habere potest, aut duos Ga-
bernatores. Vni feminæ nulla gens concessit duos maritos.
Atque idcirco rectius competit huic zelo illa eius descriptio,
quod metus sit, ne quis habeat commune, quod rūm unius effeve-
lis. Qui metus, tanquam pestilentia matrimoniorum, est eli-
minandus. Nam suspicione parit, gignit discordias; exca-
cat mentes; procreat infidias; præcipitat animos in querelas,
vindictas, cædes. Non est, ubi prudentia regit amorem: sem-
per adhæret ijs, qui vxores suas depereunt, atque in eas, non
stultorum tantum ritu, sed etiam, *sicut equis & muluis, insa-*
nunt.

VII.

Num. 5. 14.

Quamobrem, vt huic nimio amori medicinam faceret.
Deus, populo suo Israélitico peculiares Zelotypie leges pres-
scripsit. Si spiritus Zelotypie concivauerit virum contra uxorem
suam, qua vel polluta est, vel falsa sufficie appetitur; adducet eam
ad sacerdotem, & offeret oblationem pro illa, decimam partem sui
farinae hordeaceæ: non fundet supra eam oleum, nec imponet ibi:
quia sacrificium Zelotypie est, & oblatio innestigans adulterium.
Offeret igitur eam sacerdos, & statuet coram Domino, assumetque
quam sanctam in vase scili, & pauxillum terra de pavimento taber-
naculi in eam &c. adiurabitque eam, & dicet: Si non dormis vir
alienus tecum, & si non polluta es, deserto mariti toro, non te no-
cebunt

cebunt aqua ista amariſſima, in quas maledicta congeſti &c. Ita quodammodo, quasi per continuum miraculum, olim, apud Iudeos, adulterij ſcelus explorabatur: partim, ne ſi factum, quod iſuſcipabantur, probare non poſſent Zelotypi, vxores occiderent; partim, ut amota omni ſuſpicioſe ac metu, coniuges inter ſeſe læto animo ſerenoque vitam agitarent. Apud Christianos quoq; olim mulieres ſuſpectae de adulterio ſe putabant ferri candardis innoxio tactu calcatiue, quod de S. Kunigunda Imperatricē legimus, aut aqua oleoue feruenti; ut alibi ostendimus. Quin & per duella. Sed hæc, niſi peculiari certoque Dei iſtinctu à sanctis facta, nunc non probantur; neque enim ſunt à Deo iſtituta. Quare, tanquam quædam Dei tentatio, damnantur. Illa autem vetera Iudeorum, velut leges cariſmoniales, dudum ſunt abolita. Aboleatur & nimius ac iſtanuſ amor; fatis tunc proſpectū erit, ne in tragœdias erumpat. Quem in finem Tiraquellus hanc quoque legem ponit,

Tiraquell.
leg. xvi. coa-
nub.

connubiale: CONIVGES ZELOTYPEAM, TANQVAM PESTEM
OMNIVM TETERRIMAM, PERNICIOSISSIMAM, EXITIOSISSI-

MAM, FVGIVANTO.

Oritur hic affectus 1. à natura & genio loci. Sunt enim aliæ atque aliae nationes magis ſuſpicioſe, & in hac præſertim re, diſſidentes, quod Bodinus Italſis & Hispanis aſcribit; & de quadam gente, in Germania habetur, quaे ne minimum quidem alieni viri, cum vxoribus colloquium vult tolerare. Plutarchus memorat, apud Persas, eum non tantum, qui appellasset, & attingeret regis pellicem, ſed & qui in itinere propius prætereſtus eſſet, capite mulctatum fuiffe. 2. Oritur zelotypia à quorundam nimia ſapientia. C. Sulpitius cùm ſapere ſupra ceteros mortales vellet, vxorem ſuam repudiauit, quod aperto capite ad egressa eſſet: *Lex, inquiebat, tibi meos unius oculos praefinit, quibus formam tuam approbes: his eſt ſpeciosa, non aliorum oculis placens.* 3. Eſt & hæc imprudentia ſinitorum errans, ut omneſi vmbra timeant, & vxores ſuas exiſtiment vniuersiſ amabiles videri, æquè ac ſibi. Non ſiunt ergo illas ſalutari, non patiuntur quoquam prodire. Quin &, ſi in templum concedant, metuant. Eſt ſanè verum illud: *Qui expellit mulierem*

Prou. 14.8.

Prou. 18.22.

Plutarch, in
Artaxerxe.

bonam

VIII.